



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

33. Quid sit de illorum, qui loco vnctionis distillant guttam olei in corpus
peste infecti?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

Concilia ex verbis illis D. (a) Iacobi, (*vngant a Iacob. 9*
& *orent super eum*) bene colligunt.

Dices: D. Ambrosius dicitur vsus verbo
indicatiuo, *vngo te*.

R. cum D. (a) Thoma, verba illa modi ^{b in 4. d. 28.}
indicatiui, quæ sunt in vsu aliquarum eccle- ^{q. 1. ar. 4. ad 3}
siarum non esse formam huius sacramenti,
sed esse cæremoniam quandam seu dispo-
sitionem ad formam. Existimat enim nul-
lam ecclesiam vti solis illis verbis modi in-
dicatiui, sed præmittere illa ad explican-
dam actionem ministri, postea vero subiun-
gere deprecationem.

QVÆSTIO XXXIII.

*Quid sit de illorum, qui loco vñtionis distillant
guttam olei in corpus peste infecti?*

Quæstionis explicatio.

Causa est talis, offendit pastor peste in-
fectum, præter expectationem suam,
græueolentem, & pestifero sudore vnde-
quaque madentem, quæ duo symptomata
iustum illi timorem periculi contagionis
iniiciunt: Cum ergo neque manu corpori
admotam, ausit contingere, neque vir-
gam, aut aliud honestum instrumen-
tum habeat, quo corpus vngere pos-
sit, ipse effundit vel stillat in corpus
egri

ægri olei vnâ guttam, reliqua essentialia,
hoc est, formam à longe recitando: Queritur,
quid de hoc modo ministrandi censendum sit.

Responsio.

Hic modus ad minus dubius est, & consequenter reprobandus, neque vsitandus nisi in casu quo sacramentum aliter ministrari non posset. Ratio prioris partis est, quia non est certum, an plures unctiones sint de necessitate sacramenti, an vero sufficiat vna, vt ante obiter notauimus. Ratio posterioris, quia præstat, vt aliquoties diximus ministrare sacramentum incertum sub conditione, quam nullum.

Dices: stillare vel fundere non est ungerè, siquidè proprie loquendo ungerè dicimus, cum oleo linimus aliquantùm diffundendo, ergo non est dubius modus ministrandi, sed simpliciter & in omni casu reprobandus.

R. Stillare vel fundere (quicquid sit de grammatica significatione) iuxta morem loquendi sacrę Scripturę, idem significare quod ungerè. Sic enim Dominus ad Samuelem loquens ait: *Hac ipsa hora cras mittem virum ad te de terra Benjamin, & unges eum ducem super populum meum Israel.* Et tamen Samuel Dei præceptum executioni mandans solum legitur (b) effudisse oleum super caput Saul. Idem

1. Reg. 10:

(b) effudisse oleum super caput Saul.

Idem patet ex verbis Domini ad (a) Iacob: ^{a Genes. 28.}
 Ego (inquit) sum Dominus in Bethel ubi vnxisti
 lapidem, & tamen solum dicitur Iacob fu-
 disse oleum de super: ergo secundum scripturas
 ad vñtionem non requiritur linitio, sed
 sufficit distillatio vel effusio.

QVÆSTIO XXXIX.

Quid sit de illorum, qui non manu immediate,
 sed spatula oblongiore ad vitandum con-
 tagionis periculum peste infe-
 ctum inungunt?

Quæstionis explicatio.

Meminit huiusmodi (a) Maior, dum ^{b In 4. d. 23.}
 ait: & ex consequenti sumitur color, quod
 Extrema Vñctio sit danda p̄stienti in extremi-
 tate virgæ, quia sic à contagione plerumq; cauēbi-
 tur: meminit quoque illius parochiale Ru- ^{c Ruremun.}
 remundense. Huius occasione quaritur, ^{pag. 88.}
 quid censendum sit de huiusmodi modo
 ministrandi?

Responsio.

Tolerari & praticari potest, si tamen
 cautio adhibeatur, vt virga sit vere o-
 leo tincta, & vere sequatur vñctio eodem,
 vel quasi eodem tempore, quo forma pro-
 fertur: quia hoc pacto ministrando nihil
 Gg substan-